        v.7    sui quoque locum, mortis et deroget ea quae sunt.
```

v.8 Condemnat se ipsum graviter qui regi delinquet :
v.9 aut ferro ligatus aut de suo gradu dejectus
v.10 vel vita privatus perdit, quod frui deberet.
v.11 Exemplo moniti graviter peccare nolite,
v.12 translati lavacro magis caritatem habete,
v.13 et escam muscipuli, ubi mors est, longe vitate.
v.14 Multa sunt martyria, quae sunt sine sanguine fuso.
v.15 Alienum non cupire, velle martyrii habere,
v.16 linguam refrenare, humilem te reddere debes,
v.17 vim ultro non facere nec factam reddere contra,
v.18 mens patiens fueris : intellege martyrem esse.

PAENITENTIBVS.

I2_ 08 v.1 Paenitens es factus : noctibus diebusque precare,
v.2 attamen a matre noli discedere longe
v.3 et tibi misericors poterit Altissimus esse,
v.4 non fiet in vacuum confusio culpae proinde,

```
                     '    '   '         '        '
                _   .__   ._  _  _  . . _  _  _  _ .
v.5             in reatu tuo sorde manifesta deflere,
                 '  '  '      '    '           '         '
                 _ _  _   .   ._   _  _    . . _   . .   _ .
v.6             tu si vulnus habes altum, medicumque require,
                '   '         '     '       '   '       '
                _   . .  _    _ _   . . _   ..  _  .  _ _ .
v.7             et tamen in poenis poteris tua damna lenire.
                 '        '    '    '     '     '      '
                 _   .  ._.    . _  _ _   _ _   _ _  . _  .
v.8             Namque fatebor enim unum me ex vobis adesse
                      '      '    '         '      '
                 _  _ _   .  ._   _  _   _  _  .  ._  _
v.9             terroremque diu quondam sensisse ruinae.
                   '        '          '      '     '
                _  _  _  _  . ._  _  . _ _    _ ..   _ .
v.10            Idcirco commoneo vulneratos cautius ire,
                 '       '        '       '       '
                 _  _    . _    _ _ . _   _  . .  _   _
v.11            barbam, comam foedare in pulvere terrae
                       '     '     '   '      '        '
                 . _ _ .  .  _  _  _   . . .  _  _  _  _ .
v.12            volutareque saccis et petere summo de Rege,
                      '    '     '  '      '         '
                 _  . _ .  . _   _  . ._   _  .  _   _ .
v.13            subvenire tibi, ne pereas forte de plebe.
```

QVI APOSTATA VERVNT DEO.

```
                  '     '      '     '       '  '        '
                  _  .  _  _   _ _   . . .   _  _  . .   _  _
I2_ 09  v.1     Quando bellum autem geritur aut inrigat hostis,
                 '       '   '       '     '     '         '
                 _  . .   _  . . .   _   . _ .   _  .   .  _.
v.2             vincere qui poterit aut latere, magna tropaea,
                   '     '    '       '  '      '        '
                _  _ _   _ _  . _     _  .. _   _  .  .  _  _
v.3             infelix autem erit, qui fuerit captus ab illis.
                  '     '   '      '   '       '  '        '
                _ _  .  _   . ._   _  _  _     _  _  _  _  _ .
v.4             Amittit et patriam et regem, cui digne provenit,
                    '        '       '  '      '         '
                 _  _ .   _  . ._    _  _ ._   .  .   _  _ _
v.5             pugnare pro patria qui noluit neque pro vita.
                  '       '       '  '        '       '
                . _  .  _ .._    _  _ .  _   _  . _  _ .
v.6             Obisse debuerat quam ire sub barbaro rege,
```

v.7 servitiumque poterat hostibus sine lege deferre.
v.8 Tu si proeliando moreris pro terra, vicisti !
v.9 At si manus dederis, incolumem, lege peristi.
v.10 Transfluviat hostis, tu sub latebra reconde,
v.11 aut si intrare potest, si et cessare necesse.
v.12 Undique te redde tutum, tuos quoque : vicisti !
v.13 Et vigilanter age, ne quis incurrat in illa.
v.14 Rex infamis erit, si quis se propalat hosti.
v.15 Vincere qui nescit et occurrit tradere sese,
v.16 nec sibi nec patriae laudem remisit ineptus ;
v.17 tunc vivere voluit, cum ipsa vita peribit.
v.18 Deinde si refugiat inops aut profanus ab hoste,
v.19 aeramen ut sonans, facti vel ut aspides surdi,
v.20 orare satis debet vel se condere talis.

DE INFANTIBVS.

I2_ 10 v.1 De bellum hostis subito ubi venit inundans,

```
       '    '     '   '        '   '            '      '
       _    ._    _   . . _     _  _  . _  _  . _  .  ._   _
v.2    et prius quam fugerent, et parvulos occupavit inertes,
               '     '    '  '     '     '       '
       _   . . _  .  ._   _  _     . _  _  _  . _  _
v.3    inproperandum eis non est, licet capti videntur.
        '    '       '           '     '       '
        _    . _  _  _ _  _   _ _  .  _  .  . _  _
v.4    Nec quidem excuso : ob delicta forte parentum
         '       '      '     '     '      '
        ._ .   _ . . _  . ._  ._    _ . .  _  _
v.5    fuere promeriti, ideo Deus tradidit illos.
       '         '      '          '      '
       _  . .  . _  _   _  .   .   _ _  . _  _
v.6    Attamen adultos hortor, in aula recurrant
              '       '    '     '    '        '
        _  _  _   .   . _  _ ..  . _  _  _  _  _   .
v.7    nascanturque quasi denuo suae matri de ventre.
          '       '      '          '        '
        _  . . _  _  _   . ._   _  _   .   ._  _
v.8    Terribilem gentem fugient semperque cruentam,
       '          '          '    '      '
       _  ._  _  . . _    . _ _  _ _  _ _  _
v.9    impiam, indocilem, ferina vita viventem ;
        '     '    '          '      '       '
        _  _  . _  . ._  _   .. _   _  .  . _  _
v.10   bellum enim alium cum fuerit forte gerendum,
        '        '  '        '   '     '    '      '
        _  . .   _   . . .     _   _  _  _    _ .  . _ _
v.11   vincere qui poterit, aut certe jam scire cavere
```

DESERTORES.

```
               '    '     '      '  '      '
        _ _  _ _  . _   . . .  _  _ _  _ _  _
I2_ 11  v.1    Desertores enim genere non uno dicuntur :
       '   '      '      '         '       '
       _   . ._  _  _   . ..  _   _  .  _ _ _
v.2    est alius nequam, alius in parte secedit,
        '   '       '       '     '      '
        _   . .  _  _  .  _ . ..  _ .  _ _  _
v.3    sed tamen utroque judicia vera decernunt.
       '         '       '     '      '      '
       _  .  _ . _ _     _  _  _ _    _ . _  _ _
v.4    Ecce militatur Christo sicut Caesari paret.
          '      '      '     '     '       '
        . . ._   _ _   . .   _  _ _  _    ._  _
v.5    Refugium Regis pete, si delictor fuisti ;
```

```
                ' '         '          '    '       '
                _ _ _   _  _  _     _   _ . _  _  . _ .
        v.6    tu illam implora, prostratus illi fatere :
               '         '      '     '   '  '      '
               _  ..  _  _ _    _ _   _   .  _  ..  _   _
        v.7    omnia concedet, cujus sunt et omnia nostra.
                  '       '         '      '      '
                . . . _   _   _  _  . ._   . _  _ _   _
        v.8    Repositus castris ulterius cave delinquas.
                  '    '    '   '             '     '
               _  _ .  _ _  ._  _ _   _   _  _.  .  _ _
        v.9    Errare noli diu miles per spelaea ferarum.
                ' '   '            '      '       '        '
                _   . .  _    _  _ .  _ _  . .  _  _  _ _   _
        v.10   Sit tibi post peccare desistere gestum immensum.


                      MILITIBVS CHRISTI.

                  '      '         '         '      '
                _ . . _  _ _   _   . . _     _ _  . _ _
I2_ 12  v.1    Militiae nomen cum dederis, freno teneris.
               '       '   '         '      '       '
               _  . .  _   _  _    _ _  .   _  . .  _  _
        v.2    Incipe tunc ergo : dimitte pristina gesta,
                  '      '      '      '    '       '
                _ . ._   _ _    . ._   _ .  _  . .  _  _
        v.3    luxurias vita, quoniam labor imminet armis ;
                  '     '    '        '      '
               _  . ._  _ .  _  _  _  _ .  _ _  _
        v.4    imperio Regis omni virtute parendum,
                '           '    '  '      '        '
                _ . .   _   _ .  _  _   _  _  . .   _ _
        v.5    tempora postrema si vis pertingere laeta.
               '     '     '     '         '       '
               _  .  . _   _ _   _  .  _   _  .   ._  _
        v.6    Illa bonus miles semper exspecta fruenda,
                    '    '    '       '        '    '
                 _  _ .  _ _  . _   _ . ._  _  _ _  _  .
        v.7    blandire noli tibi, desidias omnino mitte ;
               '   '       '         '       '     '
               _   ._    _ . . _  _  _ ._    _  _  _  _  .
        v.8    ut tuo praeposito cottidie praesto sis ante,
                   '      '          '     '       '
                _  . . .  _  _   _ _ _ _   _  .  . _ .
        v.9    sollicitus esto, matutinus signa revise.
                    '       '        '     '        '
                _   _ . _   _  _   . _ ..  _  .   . _   _
        v.10   Cum videris bellum, agonia summe propinquus ;
```

v.11 haec gloria Regis, militem videre paratum.
v.12 Rex adest optato ; propter spem dimicat vestram ;
v.13 ille parat dona, ille pro victoria laetus
v.14 suscipit et proprium satellem dedicat esse.
v.15 Tu tibi praeterea in datis parcere noli,
v.16 impiger esto magis, ut reddat famam pro morte.

DE REFVGIS.

I2_ 13 v.1 Damnatorum animae merito se ipsae secernunt ;
v.2 ex hoc protegenti iterum ad sua recurrunt.
v.3 Radix Chananaea, maledictum semen, erumpit
v.4 et in servili gente sub barbaro rege refugit,
v.5 flamma quos aeterna torquebit die decreto.
v.6 Vult vagus errare sine disciplina profanus,
v.7 grassari per fauces ferarum lege solutus.
v.8 Isti ergo tales, quos nulla poena coegit,
v.9 si cedere nolunt ab idolis, respui debent.

## DE LOLII SEMINE.

```
                   '      '      '   '          '     '
                _  _ . .  . ._   _   _   .  _   _ ._  _  _
I2_ 14  v.1    De semine lolii qui stant in ecclesia mixti,
                   '        '       '          '         '
               _   _ _   _  . . _   _  _   _ . _  .  _   _  _
        v.2    expletis temporibus messis separantur a fructu.
                '     '    '       '   '   '       '      '
                . ._  _    _ _     _   _   _ . _   . . .  _  _
        v.3    Lolium est natum, quod non miserat dominus agri ;
               '     '        '         '      '      '
               _  .  . ._  _  . . .  _  _  _   _ . .  _  _
        v.4    omne lolium agricola collectum separat illud.
                '  '     '    '       '  '       '       '
                _  . _   _ _  _       _  _ . _   . _  .  _  _
        v.5    Lex ager nobis est : qui fecerit bonum in illa,
               '     '       '       '      '       '
               _  _  . .  .  _ _     _  _   . ._    _ _
        v.6    ipsam utique nobis praestat requiem veram
               '         '       '   '     '        '
               _  .  . . _ _     _   . ._  _  .   . _ _
        v.7    Ipse Dominator ; nam lolium igne crematur.
                ' '       '       '         '      '
                _ _  .  . _  _    . ._   .  _ _  . _  _
        v.8    Si ergo putastis quoniam sub uno morantur,
                  '        '             '     '  '       '
               _  _ _      . . _     _  ._ _   _  _  .  _ _  _
        v.9    erratis : sterilis Christianos vos esse designo.
                    '     '   '            '       '
                . . _  .  ..  _  _   . .   _  _  _ _  _
        v.10   Maledicta fuit arbor sine fructu ficulna
                   '     '      '    '      '     '
               _   _  _  . . _  _    . _  _ _ ._  _  _
        v.11   in verbo Domini, et statim exaruit illa.
                '  '       '        '   '     '      '
                _  . . _   . . _    _   _ _   _ _  . _ _
        v.12   Non operas facitis, non donum gazo paratis :
               '   '        '    '         '      '
               _   _    _ . _ _  . . _   . _ .  . _ _
        v.13   et sic promereri Dominum putatis inanes ?
```

## DISSIMULATORI.

```
                   '       '     '         '     '
                _  . . _   _ _   _  _    _ _ ._  _ _
I2_ 15  v.1    Dissimulas legem tanto praeconio latam,
                   '        '         '     '       '
               _   . _    _ _  _    _ _  .  _ .   _ _  _
        v.2    in tuba praesentem caeleste voce clamantem,
                '      '    '     '          '        '
                _   .  _ .  _  _  _ _   _  _ _  .  .  _  _
        v.3    si propheta tantum unus declamasset in orbem,
                   '      '       '      '   '         '
                _  . . .  . .  .  . . _  _   _  .   .  _  _
        v.4    sufficeret utique Domini vox missa, per illum.
                   '        '       '      '   '          '
               _   _    . _ _ _   . _ . .  _   . . _   _ _  _
        v.5    In tot profatorum volumina vox Domini proclamat ;
                  '    '         '       '         '
                . . ..  _  _   _ _  .  . _   .  _  _  .
        v.6    malitia nullus dimittit itemque de corde.
                '   '      '   '     '       '        '
                _   . .  . _ . _     _ . _   _ . .    _ _
        v.7    Vis bona videre et fraudibus vivere quaeris.
                '  '     '  '        '      '       '
                _  _  .  _  _  _   _ _  _   _  _  . _ .
        v.8    Lex ipsa cur ergo processit tanto labore ?
                 '       '         '   '   '  '     '
               . _ . _   . . _  _  _ . _   _  _ ._  _   _
        v.9    Abuteris Domini mandata et te filium inquis ;
                '  ' '     '            '    '       '
                _  _ _  .  . _    . .   _ _  . _ .   _   _
        v.10   tu si talis eris, sine causa fideris, inquam.
                  '        '       '     '    '     '
               _  . . _    _ _     _ _   . .  _ ._  _  .
        v.11   Omnipotens mites quaerit sibi filios esse,
                '       '     '        '     '      '
                _  _    _  .  . _    _ _ _   _ _  _ _  _
        v.12   rectos, corde bonos, devotos legi divinae,
                  '     '     '    '    '      '
               _  _ _   _ _   _    _ .  . _ _ _   _
        v.13   immites autem jam scitis ubi demersit.
```

## SAECVLARIA IN TOTVM FVGIENDA.

```
                '   '        '      '      '       '      '
                _   _ _   _ _  _    _  _   _  _    _ . .  _   _
I2_ 16  v.1    Si quidam doctores, dum exspectant munera vestra
```

'   '        '       '      '      '
_   . _    _  _ _    _ _  _   _  . .  _ _
v.2    aut timent personas, laxantes singula vobis,
'  '    '   '      '   '     '     '
.  . .  _   . ._   _   _ _   _ . .  _ _
v.3    et ego non doceo, sed cogor dicere verum.
'     '    '            '     '
_   . _  .  . _  _  .  _    _  _ . .  _ _
v.4    Cum caterva Mali pergis ad spectacula vana,
'    '         '      '      '
. .  . . _   . _ . _   _  . .  _  _
v.5    ubi Satana fragoribus comparat astus.
'        '     '        '         '
. _ .  _   _ _   . .    _  _   .   . _ _
v.6    Licere persuades tibi, quodcumque placebit.
'        '         '      '      '
_  _  . _   _ _  _    _ ._   _ . _  _ _
v.7    Altissimi prolis cum filiis Zabuli mixta
'      '    '     '        '        '
_  . . .  _    _      _  . _  ._  _    ._ .
v.8    respicere nunc vis, cui renuntiasti, priora ;
'         '    '          '   '      '
.  _  _   _  _ .  . . _     _   _ . .  _ _
v.9    in ipsis versaris iterum : qui proderit Unus ?
'   '          '    '      '     '         '
_   _   _  _    _ .  . _    _     _  .    . _ _
v.10   Aut si pro languore datum quod, stulte, profanas

CHRISTIANVM TALEM ESSE.

'       '        '      '      '
_   . . _   . .  _   . . _  . . .  _ _
I2_ 17  v.1    Cum Dominus dicat in gemitum edere panem,
'  '    '   '   '       '  '     '       '
_  _    _   _    . _    _  . _   _ . .   _ _
v.2    hic ut quid nunc agis, qui cupis vivere laetus ?
'        '        '       '       '
_  _   . .    _ _   _  _  ._   _  _  _ _  _
v.3    Rescindere quaeris sententiam Summi demissam
'     '     '        '      '
_    _ .  _  _   . _   _ _    _ _ . .  _ _
v.4    in protoplasto vide frenum procedere legis.
'  '      '              '     '      '
_   ..  _   . . _    _   _ _ .  _ . .  _  _
v.5    Si Deus omnipotens cum sudore vivere jussit,
'   '       '      '      '  '     '  '
_   _  _ _  _ .   _  .  _  _   .  .  _ _
v.6    tu qui jocundaris, ergo jam exter es illi.

v.7 Indignatum ait Dominum scriptura Judaeis :
v.8 ab esca refecti surrexerunt ludere fili.
v.9 Nunc ergo cur illos persequimur sponte profectos ?
v.10 Unde perierunt illi, nos cavere debemus.
v.11 Maxima pars vestra luxuriis dedita paret.
v.12 Transgrederis legem, cum te facis musicis inter.
v.13 Apostolus clamat, clamat immo Deus per illum :
v.14 "Licentia vestra vos, inquit in ipsa, deperdit".
v.15 Esto ergo talis, qualem vult esse te Christus :
v.16 mitis et in illo hilaris, nam saeculo tristis.
v.17 Excurre, labora, suda, cum tristitia pugna ;
v.18 spes cum labore venit, et victoriae palma donatur.
v.19 Si refrigerare cupis animam, ad martyris i !
v.20 Exspecta requiem futurorum transitu mortis.

## MATRONIS ECCLESIAE DEI VIVI.

I2_ 18 v.1 Matrona vis esse Christiana ut saeculi discens :

v.2 auro te circumdas aut serica veste, pudica,

v.3 terrorem legis ex auribus vento remittis,

v.4 res vanas adfectas cuncta de Zabuli pompa,

v.5 ornas et ad speclum cincinnos fronte reflexos,

v.6 nec non et inducis malis medicamina falsa,

v.7 in oculis puris stibium perverso decore,

v.8 seu crines tingis, ut sint toto tempore nigri.

v.9 Est Deus inspector, penetrat qui singula corda.

v.10 Ceterum pudicis ista necessaria non sunt.

v.11 Casto ac pudico sensu pertundite pectus ;

v.12 lex Dei testatur tales abscedere lege.

v.13 Ex corde qui credit femina marito probata

v.14 sufficiat esse non cultibus sed bona mente.

v.15 Induite vestes quas oportet, frigus ut ostent

v.16 aut nimium solis, tantum ut pudico proberis,

v.17 et in plebe Dei facultatis dona demonstres.

v.18 Dat tibi momentum matrona clarissima quondam

v.19 exanimata jacens precibus viduarum erecta.

v.20 In dando promeruit, non comtibus, inde levari.

v.21 Vos, matronae bonae, vanitatis fugite decorem :

v.22 incestas in feminas congruit cultura lupana.

v.23 Vincite malignum, pudicae feminae Christi,

v.24 in dando divitias vestras ostendite totas.

## ITEM IPSIS.

I2_ 19 v.1 Audi tu vocem, quae vis Christiana manere,

v.2 beatus Paulus qualiter rogare praecepit.

v.3 Caeliloquax autem Esaias doctor et auctor

v.4 detestatur enim caritatem mundi sequentes :

v.5 "Exaltatae, inquit, ceciderunt filiae Sion".

v.6 Fas in Deo non est Christianam coli fidelem.

v.7 Gentili more quaeris procedere Dei sancta ?

v.8 Has Dei praecones damnant in lege clamantes

v.9 injustas esse feminas, quae se taliter ornant.

v.10 Capillos inficitis, oculos nigrore linitis,
v.11 lunatis comulas gradulatim fronte depinctas,
v.12 malam medicatis quodam superducto rubore,
v.13 nec non et inaures gravissimo pondere pendent,
v.14 obruitis collum margaritis, gemmis et auro,
v.15 Palmas Deo dignas praesagio malo ligatis.
v.16 Quid memorem vestes aut totam Zabuli pompam ?
v.17 Respuitis legem, mavultis mundo placere,
v.18 saltatis in domibus, pro psalmis cantatis amores.
v.19 Tu licet sis casta, non te purgat sinistra sequendo :
v.20 Vos ideo tales Christus cum gentibus aequat.
v.21 Xancta Dei mulier divitias corde demonstrat.
v.22 Ymnificato choro placitoque Christo servite ;
v.23 Zelantes favore Christo offerte odorem.

IN ECCLESIA OMNI POPVLO DEI.

I2_ 20 v.1 Justus ego non sum, fratres, de cloaca levatus,

v.2 nec me supertollo, sed doleo vestri, qui cerno
v.3 ex tanto populo nullum in agone coronari.
v.4 Certe si non ipse pugnat, vel suggerat illis.
v.5 Cladem objurgate, ovantes officite luxu !
v.6 Laborat frater adversante mundo sub armis,
v.7 et fretus opibus nec pugnas nec pugnanti resistis ?
v.8 Stulte, non intendis unum bellare pro multis ?
v.9 In talem pendit ecclesia tota, si vincat.
v.10 Abstinere vides fratrem et pugnare cum hoste.
v.11 Optas tu in castris pacem, foras ille repugnat.
v.12 Misericors esto, at sis ante omnia salvus.
v.13 Nec intuis Dominum praeconio tanto clamantem,
v.14 inimicis etiam qui jubet alimenta praebere ?
v.15 Prandia ob ea prospice diurna, quae semper
v.16 omnibus omnino diebus cum pauperis sumpsit.
v.17 Pascere tu quaeris, stulte, qui te denuo pascat ;
v.18 vis ille mihi paret, qui compari proponit.

v.19 Laute cibatum distenso ventre declamas,
v.20 oppressus inopiam frater est juxta tabescens.
v.21 Die Dominica quid dicis ? Si non ante vocavit,
v.22 ex sorte deturba pauperem, quem ad prandium ducas.
v.23 In talibus spes est vestra de vestro refectis.

## MARTYRIVM VOLENTI.

I2_ 21 v.1 Martyrium, fili, quoniam desideras, audi.
v.2 Abel qualis erat, esto, aut qualis Isaac ipse magis ;
v.3 rectamque delegit Stephanus sibi viam in iter.
v.4 Tu quidem quod optas, res est felicibus apta.
v.5 Vincere prius malum benefactis recte vivendo.
v.6 Rex illa tuus cum viderit, esto securus.
v.7 Ipsius est tempus et nos in utrumque gerentes ;
v.8 ut si bellum adest, in pace martyres ibunt ?
v.9 Multi quidem errant dicentes : "Sanguine nostro
v.10 vincimus iniquum" ; quem manente vincere nolunt.

v.11 Obsidiando perit et ideo sentit Iniquus,
v.12 legitimus autem non sentit poenas ad actus ;
v.13 ejula zeloque zelando pectus pugnis pertunde.
v.14 Nunc si benefactis vinces, eris martyr in illo ;
v.15 tu ergo qui quaeris martyrium tollere verbo,
v.16 in pace te vesti bonis et esto securus.

## BELLVM COTTIDIANVM.

I2_ 22 v.1 Belligerare cupis, stulte, quasi bella quiescunt !
v.2 Ex protoplasto die pugnatur in fine nobis.
v.3 Libido praecipitat : bellum est, tu pugna cum illo.
v.4 Luxuria suadet : abutere, bellum vicisti.
v.5 Vino copioso parce, ne per illum aberres ;
v.6 maledicti retinete linguam, unde Deum adoras ;
v.7 compescete furiam, pacificum redde te cunctis ;
v.8 oppressos miseriis deprimere cave minores ;
v.9 terrorem adcommoda tantum et noli nocere ;

v.10 tramite vos recto ducite sinceri per saeclum ;
v.11 in tuis divitiis commune te redde pusillis ;
v.12 de labore tuo dona, nudum vesti : sic vincis.
v.13 Insidias nullo facias qui Deo deservis :
v.14 aspice principium, unde perit invidus hostis.
v.15 Non sum ego doctor, sed lex docet ipsa clamando.
v.16 Verba geris tanta vana, qui sub uno momento
v.17 martyrium quaeris otiosus tollere Christo.

## DE ZELO CONCVPISCENCIAE.

I2_ 23 v.1 Dum cupis, inde peris, dum ardes proximi zelo ; (
v.2 exstinguis te ipsum, quando te incendis abactus.
v.3 Zelaris alium, invide, de malo lucrantem,
v.4 et te parem concupis fieri pecuniae tantae.
v.5 Lex sic non aspicitur : dum illam incumbere quaeris,
v.6 omnia suspensus vivis in ardore lucrorum ;
v.7 cumque reus tibi sis ipsum te judice damnans,

```
                   '   '       '          '       '
               . . _ _  . ._  _   _   . ._ .  . _ _
        v.8    oculorum acies numquam satiatur avara.
                '   '     '   '     '   '         '      '   '
                _   _  .  _   . ._   _  _  . _     _ .  . _ . _
        v.9    Nunc ergo sic redeas et cogites : vana cupido est
                   '      '          '      '      '
                _  . . .  . ._  _    . . _  _ .  . _  _
        v.10   congerere nimium suffragili vita moranti.
               '     '     '         '      '    '       '
               _  .  ._   _ _       _  .   _    _  .  . _ _
        v.11   Unde Deus clamat : "Stulte, hanc nocte vocaris ! "
                    '    '    '       '    '     '       '
                _   _ .  _ .  ._     _ .  . _   _  .  . _  .
        v.12   Postrema hora ruit : "Cujus erint ista talenta ? "
                      '   '        '     '       '
               _   _  _ _ _  _  _  _  .  _  .  _ _  _
        v.13   In suprema ardes injusta lucra conando,
                '            '           '     '      '
                _  . .   _   . . .  _ _  _  .  _  . ._  _
        v.14   suggeret cum Dominus unicuique victa diurna.
                   '       '      '  '    '        '
                _  _  .  . __     _  . _  _ . .    _ .
        v.15   Congestet alius : tu bono vivere quaere,
               '   '   '   '      '     '    '      '
               _   ._  _   _  _   . _   . .  _  ..  _  _
        v.16   et Dei cur censens agis super omnia victor ;
                '  '     '   '   '       '    '    '
                .  . _   _ _ _   _ _   . _ .  _ _  _  _
        v.17   nec enim dico ut te in timore te immittas,
                        '   '   '              '      '
                _    _  ._  ._  . . _   . .    _ .  _ _  _
        v.18   cum pro die tuo vigilas sine fraude vivendo.
                  '     '    '     '      '        '      '
               .  _  _  . .  . .   _  .   _ .  _   _ . .  _  _
        v.19   In esca perit avis aut inhaeret inprovida visco.
                     '   '         '       '       '
               _  _  _ .  . _  _   . . _   _  _  . _  _
        v.20   Arbitrare tibi simpliciter valde cavendum.
                  '    '       '     '   '       '
               _  _ _   . ._  _ _   _   _  . .  _  _
        v.21   Excedant alii, finem tu prospice semper.
```

## QVI DE MALO DONANT.

```
                 '   '  '     '        '    '         '
                 _   _  . _   _  .  . ._ _  _  . .    _  _
I2_ 24  v.1    Quid te bonum fingis alieno vulnere, nequor ?
```

v.2 Unde tu largiris, alter cottidie plorat.
v.3 Ista tu discredis Dominum videre ? Doceris :
v.4 "Dona iniquorum non probat Altissimus", inquit.
v.5 Erumpis miseris, dum fuerit locus adeptus.
v.6 Munera dat alter, ut alterum reddat inanem,
v.7 aut si fenerasti duplicem centesima nummum,
v.8 largiri vis inde, ut te quasi malum depurges :
v.9 Omnipotens tales operas omnino recusat.
v.10 Donas tu de lacrimis candidatus ; ille nigratus
v.11 oppressus usuris deplorat factus egenus.
v.12 Bellum in absconsum geritur sub pace quod ipsud
v.13 de omnibus vobis vix unus caute se gessit.
v.14 O malo nutriri in occisione praedicti !
v.15 Laudatis pacem subdolam et vobis iniquam.
v.16 Alterius facti milites, non Christi, peristis.

## DE PACE SUBOLA.

I2_ 25 v.1 Dispositum tempus vehit nostris pacem in orbe
v.2 et ruinam simul blandiente saeculo primis.
v.3 Praecipitis populo, quem ipsi in schisma misistis :
v.4 aut facite legem civitatis aut exite de illa.
v.5 Conspicitis stipulam cohaerentem in oculis nostris,
v.6 et vestris in oculis non vultis cernere trabem.
v.7 Subdola pax vobis venit, persecutio flagrat.
v.8 Vulnera non parent, et sic sine caede ruistis,
v.9 bellum in absconsum geritur sub pace quod ipsud.
v.10 De omnibus vobis vix unus caute se gessit.
v.11 O malo nutriri in occisione praedicti !
v.12 Laudatis pacem subdolam et vobis iniquam.
v.13 Alterius facti milites, non Christi, peristis.

## LECTORIBVS.

I2_ 26 v.1 Lectores moneo quosdam cognoscere tantum,

v.2 et dare materiam ceteris exemplo vivendi,

v.3 certamen fugire lites totidemque vitare,

v.4 tumorem premere, nec umquam esse superbos.

v.5 Obsequia justa majorum cuique deferte.

v.6 Reddite vos Christo similes, filioli, magistro ;

v.7 inter agrestiva benefactis lilia sitis.

v.8 Beati facti estis, cum feceritis edicta.

v.9 Vos flores in plebe, vos estis Christi lucernae ;

v.10 servate quod estis et memorare potestis.

MINISTRIS.

I2_ 27 v.1 Mysterium Christi, zacones, exercite caste ;

v.2 idcirco ministri facite praecepta magistri.

v.3 Nolite fugere personam judicis aequi,

v.4 integrate locum vestrum per omnia docti.

v.5 Susum intendentes, semper Deo summo devoti,

v.6 tota Deo reddite inlaesa sacra ministeria arae.

```
                '          '       '       '      '
                _ .  _   _ _  _  _ _   _   . .  . _ _
        v.7    Rebus in diversis exemplum date parati ;
                     '    '     '          '      '
               _   _ _ .  . _   _   _   _  _ . .  _  _
        v.8    inclinate caput vestrum pastoribus ipsi :
                '   '   '     '     '      '        '
                _   _.  _     _  _  . . _  _ _    . _ _
        v.9    sic fiet ut Christi populo sitis probati.
```

## PASTORIBVS DEI.

```
                '      '     '      '           '      '
                _  _   _  _  _  .   .. _    . . _ .  . _ _
I2_ 28  v.1    Pastor si confessus fuerit, geminavit agonem.
                 '        '     '     '    '       '
               . _  . .   _ _   _ _   . .  _  .  . _   _
        v.2    Apostolus autem tales jubet esse magistros :
                '  '       '        '   '     '      '
                _   . ._    _  _     ..  . _   _ .  . _  _
        v.3    sit patiens rector, sciat ubi frena remittat,
                '           '     '   '      '       '
                _  ..  _    _ _   _   _  ._  _  .  . _  _
        v.4    terreat in primis, et postea melle perungat,
                     '       '    '   '     '      '  '
               _  _  _   .   ..   _   . ..  _  .   _  _ _
        v.5    observetque prius, ut faciat ipse qui dicit ;
                '           '     '           '     '
                _  . .  _   _  _  _  _    _ . _ ..  _  _
        v.6    redditur in culpa pastor saecularia servans,
                   '      '     '   '     '       '
               _   . ._   _ _   _   _ _   _ . .   _   _
        v.7    in faciem cujus sis ausus dicere quicquam.
                '           '        '      '       '
                _  .  .  _  _  _   _ _ . .  _  .  . _  _
        v.8    Bullit in inferno primoribus ipsa gehenna.
                 '  '        '     '       '  '       '
                 _  . .  _   _ _   . ..    _  _  .  . _  _
        v.9    Vae miserae plebi, dubia quae forte vacillat !
                '  '    '       '        '    '        '
                _  _ .  . . _   _  _     _ .  _  . _   _ _
        v.10   Si talis aderit pastor, paene perditam nutat.
                  '     '    '    '        '       '
                _ _ .   _ _  ._   _  . _   _  _  . _  _
        v.11   Devotus autem eam continet recte gubernans ;
                      '    '       '      '      '
               _  . . _ .  . _  _  . . _  _ . .  _  _
        v.12   exhilaratur enim ex anima regibus aptis.
```

```
                   '        '  '   '   '        '     '
               _   _ . _    _  _   _   _ .  _   _ ..  _ _
        v.13   In talibus spes est et vivit ecclesia tota.
```

MAJORIBUS NATIS DICO.

```
                '  '       '      '      '     '      '
                _  _ .  _  _  _   _  _   _ _   _ . .  _ _
I2_ 29  v.1    Me solum exposcit tempus vobis dicere verum.
                  '    '        '       '   '        '
               .  _ _  _  _   . _ _     _   _  _  _  _  _
        v.2    Ab uno semper monetur, quod multi detractant.
                   '  '    '   '        '       '
               _   _ _ _   . _ . ..  _  _  . .  _   _
        v.3    In me solo volo odia convertere vestra,
               '      '    '          '      '       '
               _  ._  _    _ _      _ _  ..  _  _  . _ .
        v.4    omnium ut pausent praecordia tanto tumore.
                   '      '        '   '      '     '
                _  . . .  _  _     _   _ . _  ...   _  _
        v.5    Respicite dictum, quod veritas odia tollat.
                '       '     '        '    '        '
                _     _ _ _   . _   _  _ .  _  . _   _  _
        v.6    Jam praedixi quidem de pace subdola quanta !
                     '     '        '     '       '
                 _  ._  _  _ _   _  _  .  _  _  _ _  _
        v.7    Blandiendo vobis subrepsit Evae seductor.
                '    '      '      '        '      '
                _    ..  _  _ _    . ._  .  _  _  ._  _
        v.8    Vos quia nescitis, laqueo in isto ruistis,
                '          '    '     '    '     '
                _  . .  _  _ _  _ _   _    _ . _ _  _
        v.9    sorbitis omnino auram dum saeculi ipsam.
                '    '    '           '       '       '
                _    _ _  . _     _   _ _  _  _ . .   _  _
        v.10   Non gratis aget, pro quo interceditis, ullus ;
                  '      '    '     '          '      '
               .  _  .   _  . _ .   . .  _   . _ . .  _   _
        v.11   ab igne qui refugit, agit in voragine vestro.
                '    '          '      '         '       '
                _    . . _   _  . ._   . _   _ _ _ .  _  _ _
        v.12   Tunc repetit suppetium miser denudatus a vobis :
               '     '      '       '           '      '
               _  _  _   _  _  _    _ . _   . _ _  ..  _   _
        v.13   ipsi jam horrescunt judices peculantia vestra.
```

INFIRMVM SIC VISITA.

I2_ 30 v.1 Infirmus si fuerit frater - de paupere dico -,
v.2 nolite vacui talem visitare jacentem.
v.3 Fac sub Deo bonum, obsequia redde per imum.
v.4 Inde si valescit, vel si considerat, ille.
v.5 Refoveatur homo pauper, qui non habet unde
v.6 mercedem tibi, pro illo sed conditor orbis et auctor.
v.7 Vel, si piget ire ad pauperem semper abusum,
v.8 mitte numos ei, unde se resumere possit.
v.9 Similiterque soror si paupera lecto decumbet,
v.10 incipiant vestrae matronae victualia ferre.
v.11 Clamat ipse Deus : "Frange tuum panem egeno ! "
v.12 Verbis opus non est visitare sed benefactis.
v.13 Iniquum est, frater si inopia victus aegrotat ;
v.14 satagit non verbis, sed esum potumque requirit :
v.15 inspicite tales, sed certe debilitatos,
v.16 transigere sese qui non possunt ; date subinde !

v.17 A Domino vobis spondeo dari quadruplum.

## PAVPERIBVS SANIS.

I2_ 31 v.1 Pauperies sana quid ? Nisi divitiae adsunt,
v.2 ars certe si fuerit, jam et tu communica fratri.
v.3 Unum praesta tibi, ne superbus esse dicaris ;
v.4 polliceor, quoniam securior diviti vivis.
v.5 Excipe doctrinam magis Salomonis in aures.
v.6 Responsorem in alto non dedit Deus pauperem esse.
v.7 Idcirco te subde et honorem redde potenti.
v.8 "Blandus enim sermo..." - Proverbium nosti id - inquit.
v.9 Vincitur officio, etsi fuerit ira vetusta.
v.10 Si lingua taceat, nihil melius invenisse !
v.11 Sane si non fuerit ars, unde vita regatur,
v.12 aut operam praebe aut cursum jussu potentis ;
v.13 non pudeat neque pigeat procurrere sanum.
v.14 In gazo praeterea de labore mittere debes,

v.15 sicut singularis illa, quam protulit Unctus.

## FILIOS NON LVGENDOS.

I2_ 32 v.1 Filiorum casus licet et dolum cordis relinquat,
v.2 in nigris exire tamen nec plangere fas est.
v.3 Lex prudenter ait animo, non pompa dolere,
v.4 in Salomoniaco libro, septimana finita.
v.5 Oblita Domini de resurrectione promissa ?
v.6 Si martyres feceris, filios sic voce deflebis.
v.7 Non pudet infrenem gentiliter plangere natos ?
v.8 Os laceras, tundis pectus, vestimenta diducis,
v.9 nec metuis Dominum, cujus optas regnum videre.
v.10 Lugere quod fas est nolite, tamen orate pro illis !
v.11 Vos ideo tales, quid ? Minus quam gentes eritis
v.12 germine zabolico ? Qua gratia false petisti ?
v.13 Exstinctos clamatis, facitis ut turba pronatae.
v.14 Nec dolore duxit pater filium mactandum ad aram,

```
          '    '   '     '      '       '
        . _ .  _    _ _  _ ._   _ _   _ _   _
v.15   dolore nec vates filium luxit defunctum ;
              '     '     '    '        '      '
       _  . . _  .  . _   _    _    _ _ _ .  . _  _
v.16   omnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
        '   '     '          '      '      '
        _   ._  _ _ _   _  _ _  _   _ .  . _ _
v.17   sed Deo devotus festinanter funus agebat.
```

DE POMPA FVNERIS.

```
                   '       '        '      '      '    '
                _  _ . _   _  .  _  . . .  _  .   _    _ _
I2_ 33  v.1    De funeris pompa sollicitus esse qui quaeris,
               '       '   '      '     '      '        '
               _  _    ._  _  .   .  _  .  _   _  .   . _ .
        v.2    erras, Dei servus, adhuc et in morte placere,
                       '       '        '      '
                 _   _ . . _   _  .  _  _ _  _ _  _
        v.3    pro ! Exanimum corpus ornari funestum !
               '  '       '     '        '         '
               _  _ . _   _ .   . . .  _ _   _   . _ _
        v.4    O vanitas vera, cupere defunctis honorem !
                '    '       '     '      '       '       '
                _    _  _  _ _  .  .  _   _  .    _  _  _ _ _
        v.5    Mens mundo detenta nec in morte Christo devota,
                   '       '        '      '      '        '
                 _ _  ._   _  _     _  _   . _  _  _  _  . _ _
        v.6    proverbium nosti, quae per forum efferri volebat !
               '    '     '           '    '       '
               _  _ _  _  . . _  _  . _ _  _  .  _ _  _
        v.7    Addo illi similes efferata mente viventes.
                 '          '      '      '      '        '
                 _  _   _ _ _   .  ._  .  _ . _  _  .   . _ .
        v.8    Faustum felicemque diem in exitu vultis habere,
               '   '     '         '         '       '
               _   .._   . . _     _ _   _   _ _   . _ .
        v.9    ut coeat populus, laudem cum luctu videre.
                '    '         '        '    '      '
                _    _ . _     _ _   . ._ .  _ .  _ _   _
        v.10   Non provides, quonam merearis ire defunctus ?
               '           '     '      '  '   '        '
               _  .   _ . _  .  _  _   _  _   _  .   . _ _
        v.11   Ecce prosequuntur illi, tu jam forte cremaris
                  '          '        '    '       '       '
                . _  .  _    _ _      _    _ . _   _  .  _ _   _
        v.12   redactus in poenam : quid proderit pompa defuncto ?
```

```
                    ,    ,      ,    ,        ,       ,
               _  _ _ .  . _    _ .  _  .  _  _ ..    _ _
        v.13   Incusatus eris qui ob ista collegia quaeris.
                      ,    ,     ,        ,  ,      ,
               _    . _ .  . _   _ . .    _  _ . .  _  _
        v.14   Sub vigore cupis vivere : te decipis ipsum.
```

CLERICIS.

```
                ,           ,       ,       ,       ,
               _   ..  _   _   _   ._  _ _ _  . _  _  _
I2_ 34  v.1    Congruit in Pascha, die felicissimo nostro,
                  ,     ,  ,       ,  ,         ,       ,
                 _ _  .  .  _ _    _  _  . _    _   .  ._ _
        v.2    laetentur et illi, qui postulant sumpta diurna :
                  ,    ,     ,   ,          ,    ,  ,
               _ . _ .  ._    _   _  . _    _ _  .  _  _
        v.3    erogetur eis quod sufficit, vinum et esca.
                ,       ,   ,      ,      ,       ,         ,
                _  ._   _   _  .   . ._   . . _   _  .   _  _ _
        v.4    Respues sed forte quoniam memorent ista pro vobis !
                  ,      ,        ,         ,       ,
               _   . . _  _   _  _ . . _     _  _  _ _ .
        v.5    In modico sumpto deficitis Christo donare.
                  ,     ,  ,         ,         ,      ,
                _  _  _  _    . . _     _ . _  _ _ .  . _  _
        v.6    Cum ipsi non facitis, quomodo suadere potestis
                  ,      ,     ,        ,   ,       ,
                _  . ._   _ _   _ . _    _   . .  .  _  _
        v.7    justitiam legis talibus, vel semel in anno ?
                ,   ,      ,             ,      ,       ,
                _   . . _  _  _     _   _ ..   _ .  _  _ _
        v.8    Sic merito surgunt blasphemia saepe de vobis.
```

DE FABVLOSIS ET SILENTIO.

```
                ,   ,      ,        ,      ,       ,
                _   . .  . _ _    _ _   .  .  .  _ _ _
I2_ 35  v.1    Dum leve videtur cuicumque neque vitatur,
               ,    ,    ,      ,    ,    ,      ,
               _    . .  . . .  ._   _  . _ . .  _  _
        v.2    et quasi facile ruis dum abuteris illud,
                ,          ,         ,    ,     ,       ,
                _ .  _  _   . ._     _  _ _  _  _  . .   . _
        v.3    fabulae subveniunt, quo venisti fundere preces
```

v.4 aut pulsare domum stomachi pro delicto diurno.
v.5 Bucina praeconum clamat lectore legente,
v.6 ut pateant aures, et tu magis obstruis illas ;
v.7 luxaris labia, quibus ingemiscere debes.
v.8 Obde malis pectus vel in pectore solve.
v.9 Sed quia divitiae faciant aut pecuniae frontem,
v.10 inde perit omnis, quando sibi maxime fidunt.
v.11 Sic feminae quoque coeunt, quasi inirent balneo.
v.12 Et de domo Dei ceu nundinae facitis astent.
v.13 Terruit hinc Dominus : "Domus orationis adesto ! "
v.14 Sacerdos Domini cum "Susum corda" praecepit,
v.15 in prece fienda ut fiant silentia vestra,
v.16 limpide respondis nec temperas quodque promittis.
v.17 Exorat ille Altum pro plebe devota,
v.18 ne pereat aliquis ; at tu te in fabulis vertis,
v.19 tu subrides ibi aut detrahis proximi fama ;
v.20 indisciplinata loqueris, quasi sit Deus absens,

```
               ,       ,  ,      ,   ,      ,     ,
               _  ..   _  _ _    .   _. _   .  .   _ _
        v.21   omnia qui fecit, nec audiat neque cernat.
```

## EBRIOSIS.

```
                   ,    ,     ,   ,      ,   ,      ,
               _  ._  _ . _   _   _ _    _   _  ..  _ _
I2_ 36   v.1    Ebrioso modum non pono ; sed bellua major
                  ,       ,        ,        ,       ,
                . _ _   . . ..  _  . ..  _  _  .  . _ _
        v.2    bibendo superius inferior a mente recedis.
                  ,        ,      ,             ,         ,
                . _  .  _  . ._  . _   . _     _  .   . _ _
        v.3    Regentis imperium tenens apud, stulte, Cyclopas
               ,        ,   ,         ,   ,       ,   ,     ,
               _  . .   _   _  _      _   _  ._   _   . .   _ _
        v.4    inde in his torvis : "Dum mortuus non bibo, dicis,
               ,       ,    ,     ,   ,       ,
               _  . .  . . . . . _   _  .  _ _ .
        v.5    optima mihi bibere et corda sopire".
                     ,      ,       ,  ,          ,     ,
                _  . _   _   . _     .  _   ._     _ .  . _ _
        v.6    Subministra magis, quod amplius quaeris abuti,
               ,          ,      ,   ,     ,       ,
               _  . _   _ _   _  .   .. .  _  .  . _  _
        v.7    infimo pauperclo, et eritis ambo refecti.
                , ,      ,         ,       ,      ,
                _  .._   _  .  _   _   _   . .  . _  _
        v.8    Si facias ista, exstinguis tibi gehennam.
```

## PASTORI.

```
                ,        ,    ,    ,    ,      ,       ,
                _ . .    _    _ .  _    _   .._   _  . _  _
I2_ 37  v.1    Pascere qui quaeris et quod potuisti parasti,
                  ,     ,        ,      ,       ,
               _  . ._  _ _   _  _  _    _  _  _ _  _
        v.2    adsidue dives pascendo, recte fecisti ;
                ,   ,       ,      ,         ,  ,   ,    ,
                _   . .  _  _  _   _ . _     _  _   _  . _  _
        v.3    sed tamen inmisce pauperem, qui non te repascat :
                ,  ,      ,     ,      ,     ,       ,
                _   . _   _  .  ..  .  _ _   ._    . _ _
        v.4    tunc erit mensa tua per unum Deum probata.
```

v.5 Omnipotens tales vel maxime pasci praecepit.
v.6 Respice, cum pascis, infirmos, et feneras Alto.
v.7 In illos vos Dominus voluit probatos adesse.

## ORANTI.

I2_ 38 v.1 Orantem si cupias te exaudiri de caelo,
v.2 rumpe de latibuli nequitia vincula tota,
v.3 aut si benefactis ores miseratus egenis,
v.4 ne dubites : quicquid petieris, datur oranti.
v.5 Tu sane si nudus benefactis Deum adores,
v.6 in totum ne facias sic oratione, inepte.

## NOMEN GASEI.

I2_ 39 v.1 Incolae caelorum futuri cum Deo Christo
v.2 tenente principium, vidente cuncta de caelo,
v.3 simplicitas, bonitas habitet in corpore vestro ;
v.4 irasci nolite sine causa fratri devoto ;

v.5 recipietis enim quicquid feceritis ab illo.
v.6 Hoc placuit Christo, resurgere mortuos imo
v.7 cum suis corporibus, et quod ignis ussit in aevo,
v.8 sex milibus annis completis mundo finito.
v.9 Vertitur interea caelum tenore mutato ;
v.10 comburuntur enim impii tunc igne divino,
v.11 ira Dei summi ardet creatura gemendo.
v.12 Dignitosi tamen et genere nati praeclaro
v.13 nobilesque viri sub Antichristo devicto
v.14 ex praecepto Dei rursum viventes in aevo,
v.15 mille quidem annis, ut serviant sanctis et Alto
v.16 **S**ub jugo servili, ut portent victualia collo,
v.17 **U**t iterum autem judicentur regno finito.
v.18 **N**ullificante Deo, completo millesimo anno
v.19 **A**b igne peribunt cum montibus ipsi liquendo.
v.20 **I**n bustis et tumulis omnis caro redditur acto :
v.21 **D**emergunt inferno, traduntur poenae in aevo.

```
               ,     ,     ,     ,      ,        ,
             _  _  _   .  _  _  _   . _  _   _  .  _  _ _
v.22   Ostenduntur illis et leguntur gesta de caelo :
           ,      ,     ,     ,    ,      ,
          . . ..   _  .  _ . _ _   . . .  _  _
v.23   Memoria prisca debito et merita digno,
         ,           ,      ,      ,      ,
         _  _  _   _   . ._  . _  _   _  .  . _  _
v.24   Merces in perpetuo secundum facta tyranno.
       ,      ,   ,           ,      ,       ,
       _  ..  _   _  _   _    . _  . .  _  _  . _  _
v.25   Omnia non possum conprehendere parvo libello.
           ,       ,       ,      ,      ,
         _ ._ . _   _  _ _  . ._   _ .  .  _  _
v.26   Curiositas docti inveniet nomen in isto.
```

------------------------------------

Louis HAVET METRIQUE GRECQUE ET LATINE

**LA VERSIFICATION RYTHMIQUE.** (pour plus de détails cliquez sur le bouton placé en face du poème 'Lessus' de Jacob BALDE)

Les poètes chrétiens se servirent aussi des mètres de Virgile, d'Horace, de Sénèque. Mais c'était déjà faire des «vers latins», à l'usage des lettrés et non à l'usage des foules.

496. — Le premier monument daté de la versification rythmique est le *Carmen apologeticum* du chrétien Commodien, composé en 249 de notre ère. Les vers sont des imitations grossières du vers épique :

```
Quis poterit unum     proprie deum nosse caelorum, (1)
Nec enim vitupero     divitias datas a Summo.      (27.)
Et rudes edoceo  ubi sit spes vitae ponenda.        (58).
Dicitur et legitur    Noe liberatus ab aqua.
```

Si on voulait scander à la façon classique, on aurait :

```
  _   . . .  _ _        .  ._  ._   _  .   _ _ .
Quis poterit unum     proprie deum nosse caelorum, (1)
 .  . _   . . . _     _ . ._   . _  _  _  _
Nec enim vitupero     divitias datas a Summo.      (27.)
_   . _  _ . ..) . .  _    _   _ _   _ _   .
Et rudes edoceo  ubi sit spes vitae ponenda.        (58).
 _ . .  _   . . _     __  _ . _ .   . .  _
Dicitur et legitur    Noe liberatus ab aqua.
```

On voit que Commodien ignore la quantité des voyelles ; pour lui
. _ _ .
'datas' se prononce 'datas'. Il prononce l'-ae' de 'caelorum' et de 'vitae' comme un 'e' bref, et probablement, en effet, il n'écrivait pas le 'a' de cette diphtongue graphique. — Pourtant il a la notion de la quantité des syllabes. Quand, dans ses dactyles cinquièmes, il emploie comme brèves des syllabes longues, ce sont des longues par nature (vers 56, ... 'ab ipso ridentur'), non des longues par position ; ainsi il finit bien un vers par 'captus inani'(3), mais non par 'captus paratur' ; le mot pénultième étant terminé par une consonne, il a soin que le mot final commence par une voyelle (les rares exceptions paraissent attribuables aux copistes). — Il conserve un vague souvenir de l'équivalence classique entre un couple de brèves et une longue unique : de là, vient que ses vers ont un nombre de syllabes variable.

L'accent joue chez lui un rôle, mais seulement un rôle indirect; Commodien en fait un critère prosodique, servant, quand un mot a plus de deux syllabes, à déterminer la quantité de la pénultième. Quant à l'idée de placer des accents à tel ou tel endroit du vers, ou au contraire, d'en écarter les accents, elle est étrangère à Commodien. A la vérité,l'avant-dernière syllabe de chaque vers est régulièrement accentuée chez lui, mais indépendamment de toute intention de sa part; il en est de même dans presque tous les vers épiques, chez les poètes latins de tous les temps. La cinquième syllabe à partir de la fin est ordinairement accentuée, chez Commodien et chez les autres poètes, mais chez lui et chez les autres cela comporte des exceptions (il finit le vers 283 par 'in-nôva lége', 308 par 'in-nôvo saéclo', 813 par 'sub-jùgo mittunt'). La quatrième syllabe à partir de la fin est ordinairement atone, mais cela est encore moins constant, comme le prouvent les fins de vers 'vôx méa tântum' 9, quis 'Déo dignus' 88, 'nôn érat ànte' 250, et 'pédes ipsi' 270, 'quô tibi vîta' 304, 'nîl màli pàssus' 442, 'pâx uôbis inquit' 550et 556, etc.

La versification de Commodien peut déjà être appelée rythmique car la prosodie y est aussi malmenée que dans les, rhythmi postérieurs (§494). Le nom de versification tonique ne lui conviendrait en aucune façon.

Commodien pratique couramment l'hiatus : ainsi le vers 25 finit par bonitatem in omnes. Devant est toutefois, c'est l'élision qu'il semble admettre (ainsi le vers 225 finit par 'prophetia repleta est') seulement on peut se demander s'il ne prononce pas 'repletast' (§ 145), de même que le vieux français dit encore 'kist' pour 'ki est'.

La versification du *Carmen* se retrouve dans l'autre ouvrage de Commodien, les *Instructiones*.